



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XXXIII. An soli Perfecti sint in Ecclesia?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

14. vii.
a homin
acherias
na com.

lex di-
s.
Deo re-
nspirat
in Sci-
neus &
Marc
obu...
autem
Tim.
tolum
in, vel
t case
ipserit
et dicit
ut A.
esse po-
in iudi-
cate.
quam
at in
non
atione
mico
onclia
I.
as?
Con-
e tam-
num,
um?

sum, Patriarcham Occidentis: minimè verò Caput totius Ecclesiae. Huc vtuntur auctoritate orthodoxorum antepontentium Concilium Papæ.

AUTOR. I. Papa Caput est & singulare omnium, & uniuersae Ecclesiae à Christo immediate constitutus. 1. Sic Scriptura. Matth. 16. *Tu es Petrus. &c.* Ioann. vlt. *Pasc oues. &c.* 2. Sic Concilia. Et Chalcedonense, omnium maximum in epistola talē agnoscit Leonem. Et Constantiensem damnauit negantem id Hussium.

3. Ratio evincit. 1. Papa est unum Caput: ergo unus Corporis: at singulare Ecclesiae scorsim non sunt unum Corpus: ergo Papa est Caput uniuersae Ecclesiae. 2. Papa est immediatus Vicarius Christi: nam in Constantiensi Concilio. Seſſ 8 damnatur Wiceliff id negans: ergo frā est Ecclesiae visibiliter Papa; cui invisibiliter Christus præsideret.

II. Summa Potestas Ecclesiastica nō est in Ecclesia, vel Concilio, remoto Papa seu formaliter, siue suppletuē. 1. Non formaliter: quia Ecclesia est Monarchia; juxta Ps. 2. *Postula à me gentes. &c.* Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Terram. Luc. 1. *Regn eius non erit finis.* Et Ioh. 18. *Regnum meum non est de hoc mundo.* Regnum igitur Ecclesiae ab uno regitur. 2. Non suppletuē: nam in regnis humanis, ubi potestas Regis datur à populo, eadem est in populo radicaliter & suppletuē: at in regno Christi, quod est Ecclesia à Christo collecta; iuxta Apoc. 5. *Fecisti nos Deo nostro regnum;* potestas est immediate tantum à Christo. Hinc comparatur Ecclesia familiæ. Mitch. 24. Hebr. 3. Et Iponia, Eph. 4. 5. Et Corpori, Ioh. 10.

Et; Potestas ea Petro data est immediate, non Apostolis: Ergo neque Concilio generali sine Papa.

Vnde Concilia eagent confirmatione Papæ; quam & petierunt. Quia ea sine Papa errare possunt etiam in decretis fideli; cum Papa non possunt.

II I. Papa simpliciter & absolutè est supra totam Ecclesiam, & Concilium; sic, vt in terris nullum supra se iudicium agnoscatur. 1. Quia quæ Christo Capiti in Scripturis nomina tribuuntur, conueniunt & Papæ. Vt, *Luc. 12. Paterfamilias: Pastor, Iohann. 10.* Et *Eph. 4. Caput: Eph. 5. Vir & Sponsa.* 2. Quia sic Concilia consentiunt apud *Bell. 1. 2. c. 17.*

IV. Papa etiam nec committere potest supra se iudicium coactuum; sed solum discretuum, vt Arbitro, non ut iudicii, cuius parendum sententia sit. 1. Quia Potestas Papæ supra omnes est de luce diuino: at in hoc dispensare nequit homo. Hinc iudicium de Papa soli Deo est reseruatum, nec alteri committi potest.

VI. DE ECCLESIA.

QVÆSTIO XXXIII.

An soli Perfecti sint in Ecclesia?

ANABAPTISTAE sit Calvinus *Inst. l. 4. c. 1. §. 2.* volunt cum Pelagianis, si los Perfectos efficere Ecclesiam, omni peccato carent umeri. 2. **C**ONFESSIO Augustana art. 7. vult, Ecclesiam esse Sanctorum congregationem, qui vere credunt, & obediunt Deo. Et hanc internam est Ecclesiam: Externam videtur esse bonum & malorum in una fide & via Sacramentorum convenientem.

3. **C**ALVINVS *Inst. l. 4. c. 1. §. 2.* docet idem; Simulque si los prædestinatus, id est,

Bb vere



verè credentes esse Ecclesiam.

SVA DENTITA. 1. Quia, Cant. 4. Tota pulchra es Amica mea, & macula non est in te. 2. Eph. 5. Ut exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam. Vide Genealog. part. 2. q. 6.

AUTOR. Concilium Mileuitanum iam olim, contra Pelagianismum istum definiuit, Iustos humiliter & varaciter dicere: *Dimitte nobis debita nostra.* Ambr. Serm. 16. in Psa 118. *Non potest hoc iustus negare; quia nemo sine peccato est.* S. Aug. L. de Sp. & lit. c. vlt. docet posse hominem, ex priuilegio Dei, viuere sine omni peccato, reiplatamen esse neminem, præter Christum, &c. l. de Nat. & grat. c. 36. B. V. Mariam. Idem l. i. contra Pelag. & S. Greg. l. 21. Mor. c. 9. *Baptizati sunt sine crimen: sine peccato autem in hac vita neminem dixerim.*

DICO AD I. Id intelligi de anima iusti, carente mortalibus. Sic August. lib. de perfectione. Sic, Gen. 6. Noë vir iustus fuit atque perfectus. Phil. 3. *Quicunque perfecti sumus, hoc sentiamus.* Eph. 1. *Elegit nos in ipso, ut essemus sancti & immaculati, sc. ab perpetua morte.* 2. Intelligitur de potiore parte Ecclesie iusta; unde fit denominatio.

Sic etiam AD II. Dico, cum Conclilio Toletano, Chrys. Hieron. Theophylacto. Vel cum Aug. & Bern. talem fore Ecclesiam post resurrectionem.

Q VÆSTIO XXXIV.

An sunt in Ecclesia grandi etiam peccatores & manifesti?

CONFESSIÖNISTÆ, licet damnent Pelagianos Ecclesiam ex solis iustis constare; item Nouatianos & Donatistas, definere solos

esse in Ecclesia circa fidem Lepros; Volunt nihilominus tria: 1. Nullum esse Veniale peccatum ex natura sua; sed omnia ex se mortalia. LVTHERVS in aff. rt. art. 32. Melanchthon in Locis. CALVINVS Inst. l. 2. c. 1. §. 11.

II. **CONFESSIO AVGST.** art. 7. Ecclesiam esse Sanctorum Congregationem, qui vere credunt, & intendunt Deo. Apologia Philippi: Peccatores non pertinet ad Ecclesiam, nisi nomine. Istud Pelagianum est. Funguntur d' apostolicam Ecclesiam, Internam sanctorum, & Invisibilium, nisi oculis fidei: Externam, de nomine solo Ecclesiam conuenientem bono: um ac malorum in doctrina fidei, & vsu Sacramentorum. BRENTIUS: malos esse in Ecclesia, sed non de Ecclesia. sic &

LVTHERVS lib. de Conciliis, esse eam Sanctorum, id est, omni peccato carentem, etiam levibus; quia iniustos faciunt, quia sunt mortalia.

III. **CONFESSIO.** istæ art. 6. & 20. Lutherus art. 32. Omnia opera hominis, etiam iustificata, sunt mortalia; non tamen imputentur, si adiutoria & Nouatiani & Donatistarum solos fidicarios exhibant ex Ecclesia. F. delium.

SVA DENTIS. I. Ifa. 51. Non adiutum vel, ne pertransiret per te incircumfisi & immundus. Ibid. Recedite, exite, pollutum nolite tangere. Et, 2 Cor. recipiat vos. Quoniam participio iustiūtū cōquitate? Ego prius fui separatus, quam recepimus. I Cor. 10. *Vnus panus, & unum Corpus multi pars.* At pars fui ex instrumento, non è raleis. Rom. 13. *Spiritus Christi non habet, non est eius:* At enim habent peccatores: ergo non sunt eius membra. II. Ecclesia solum dicitur Sancta: at si & peccatores in ea forent, etiam Seclerata dicere debetur. III. S. Cyprian. lib. de Vnit. Eccl. Non habet Deum Patrem, quia Ecclesiam non habet matrem; & contigit; At peccatores non habent Deum Patrem. Nam Rom. 8. *Qui pro tu Dei aguntur, his sunt filii Dei &c.*

AUTOR. Peccatores quantoscumque dummodò sint Fideles, intra Ecclesiam esse, liquet ex S. Scriptura in mod. Antichristo, part. 2. q. 8. Et pluribus in Geneal. par. 2. q. 6.

Addendum S. Aug. tract. 6. in Ioann. ait: *Nos fatemur, in Ecclesia Catholicæ & bonos, & malos esse; sed tanquam granas paleas.* S. Hieron. in dial. contra Luciferianos: *Arca Noë typus Ecclesia fuit: nō in illa omnium animalium genera; ita & in hac uniuersarum gentium ac morum homi-*